

intellecta legatione nihil dubius quam ad rem haec oia cōposuisset: dissipare
illius insidias fortis aio instituit. Iperat q̄ primū tris episcopos Albanēsem
Prenestinū Tiburtinūq; ire obuiam Desiderio ac ptestari ne Romanī Du-
catus fines ingredi audeat: alioquin diras omes execrations & anathema-
ta denūcient. Obstupuit Desiderius ad huiusmodi nunciū: suspensus ali-
qdī quid ageret. Tandem ut existimationē inter suos retineat: multa pō-
tifici minatus: nec ultra p̄gredi ausus: papiam cū omni comitatu regressus
est. Quum aut male sibi fraudem cessisse animaduerteret: neq; iam dubi-
um uideret fore: ut irritatus ea re Carolus suppetias pontifici longe prom-
ptius afferret: Statuit se ad bellum sustinendum parare: Cætera omittere.
Adrianus aut nihilo segnior senatum cogere instituit. Deq; his rebus cōsul-
tare. Quū cōuenissent q̄q fere ois cleris romanīq; palā Carolū uocarēt:
solum eū dicerent qui ferocem retundere tyrāni aiū possit: in eo uno spē
ponendam. Srias de more exqrere. Cohortari tamē & ad bonā spem affli-
ctum Senatum erigere: non spernēdum duxit: Deum præfatus superosq;
oēs ita cepit. Quonā peccato nostro fieri dicam fratres i christo carissimi:
ut ducentis fere iā annis ab hac nefaria gente labore ecclesia: uexetur & lace-
retur Italia: q̄ imerito deum iudicem appello. Quid. n. unq; a nobis iurię
huic genti illatum? Sed omittamus superiores reges illos quorum supbiā
crudelitatemq; sensere miseri Itali. Tamē ut a patribus nostris accepimus
nōnulla interdum dabatur quies. Qd̄ aut hoc genus hoīum an ferarū di-
xerī? Quales inq; fuere ab hi p̄ximi: Quos iā annos .xxx. patimur Astul-
phus & Desiderius: Quis eorū ingratitudinē pfidiām q; satis digne queri
possit: Astulphus a Gregorio regnū adeptus ē. Ab eodem Gregorio Ste-
phanoq; Desiderius. Ambo quēcūq; uoluere fēdera: quascūq; dixere pacis
cōditiones: Obtinuere Et tamen tantorum imemores beneficiorū: Fēdera-
icta in annos. xxxx. uix quarto elapsō mense uiolauere. Neq; solum ulla
facta restitutio: ut solenni astipulatiōe sanctūm erat: sed aliae quoq; super
alias ciuitates ecclesię surrepte: Hęc a perfidis hominibus gratia p̄ benefi-
cio pontificibus reddita. Illud pfecto est. Hęc mala patimur fratres quē
admodū Apostolus ait: ut pbatio fidei nostrę p̄ciosior auro sit & argen-
to: qd̄ per ignē probatur. Emolliendū quispiam fortasse dicat aiū hoīs
si fieri pōt. Prudens sane consiliū. Sed quotiens id sumus expti? Quoties
pactis etiā iniquioribus? Seuior fit & truculētior: tamen si nulla illi fides ē:
nulla religio. Si pmissis stamus decipimur: si quod postulat negamus: ar-
mis agunt. Quo aut statu ecclesia sit: Quis non aduertat? A uertit omnē
hexarchatū: magnā romani ptem ducatus p uim obtinet. Italicę oēs copię
langobarda sequūtur signa. Omiserā & ecclesię & italicę cōditionē. Seruitu-
tē nostrā hō supbissimus meditatur. Quid. n. aliud sibi uult: Quū iubet
ut ad eū accedāus? Aequa si petierimus ipetraturi. Ergo Desideri tu mihi